

Tria sunt potissimum quae R^{mo}. Gaspa
Groperus, S^{mo} D. N. D. Gregorij Summa
providentia Papa XIII. et S. S. Apos to
lice Legatus: Senoni, atq; Capitulo Xan
tensi per Venerabilem virum D. Egidium
de platea Canonicum & Officiale[m] explica
ri desiderat.

Primo. Capitulo Xantensi ignotum esse non posse
quo affectu, atq; amore idem Groperus omnia ea, quae ex iniqui
tate, atq; ostentate illius Ecclesiae esse poterant, perpetuo
tractaverit. Cum autem illi dudum superiorum imperio
amplius dicte Ecclesiae, et Decanali admimisfrationi
praesse non liceret, quanto desiderio semper concupierit, et
optimus quisq; illi substitueretur. Et quo minus id
suum hactenus minime factum fuerit, nulli aequae, atq;
ipsis S^{mo} Capitularibus constare posse.

Quae etiam novissime acciderint, cum recenti adhuc memo
ria teneant, malo repetere superfluum iudicari.

Cupere tamen Groperum, ut ipsi S^{mo} Capitulares possin
tandem annorum dissensionibus, eum patienter in Deca
nali admimisfratione succedere, qui et velit, & possit illi
quam optime praesse.

Et si qua forte, quo minus nuper successor daretur,
impedimento fuerint:

Modo tempus esse, ut honori omni mora praecisa,

is consuetudine, vel eligatur, aut demum postuletur.
(De nomine enim contendere, modo res prudenter finit-
fentur; oportissimum) qui velit, et possit illi fune firmi-
quam obtineat, pro horum temporum difficultate, seu prius
infelicitate, quam rectissime praeesse.

Talem autem a prudentibus, et rerum usu exercitatis
viris iudicari N. D.^o Egidio nosum. Cum et praeter
genens Nobilitatem, literarum, et praesertim diuinarum
scientia, et pietate praecessat, & Ecclesiarum negoti-
orum, Capitulariumque ac firmum usu et exercitatione in-
dudum probatus. In hunc si saniora, maiorisque vota con-
currant, Groperum, suum consensum, et caetera etiam
quae oportuna iudicauerit, illis coniuncturum.

Sin autem Capitulares omnino aestimauerint, quae
sitis quibusdam artibus, diutius, ut haecenus, rem pro-
frabendam. Tum Gropero non defuturum ea remedia,
per quae cognoscant, non conuenire, ut paucorum male
deliberatis praevindicijs, Christi, et illius Ecclesiae cau-
sa deterior relidatur.

Uolo non sit animus Gropero multis contendere, an in
praesenti casu Capitulatum electionis vel postulationis re-
medio iure uti possit. Neque de viribus alicuius privile-
gij, si quoniam famen forte inueniatur, acrie disputare,

etsi sciat, neq[ue] Jostwardt, neq[ue] fratrem suum D.
Ioannem (quorum animabus Deus clementissime misereatur) cum alter Apostolica promotione, alter nominatio-
nibus Imperialibus ad possessionem pervenerint selectos
fuisse. Notum etiam esse Groperum istum, ius suum
& possessionem ex resignatione fraterna, nulla autem electio-
ne, metiri: Si instrumentum possessionis per ipsum ut-
prehensa, alium etiam titulum nullam referre.

Item si S. B. Capitulares electionis vel postulationis
via incedere cupiant, id quidem Groperum haud gravatum
permittendum: si modo vicissim intelligant, minime con-
venire, ut iisdem modis, quibus hactenus eum suspensum
tenuerunt, diutius remorari praesumant.

Secundo S. B. Capitularibus similiter
ignotum non esse: quod in servitijs S. D. N. Papa, vel
sui Episcopi existens, non absens, sed praesens sit censen-
dus, et quod propterea beneficiorum suorum, quibus ille
fuerit fructus integre percipere debeat. Cum talis ab-
senti non debeat, sed pro praesenti haberi, qui Romano
Pontifici, Christi in terris Vicario, vel suo Episcopo
assis fit, quavis constitutione, vel consuetudine in-
contrarium non obstante, c. de caetero. c. ex parte sua.
c. ad audientiam. c. fin. & cum dilectus filius &c. c.

Ne non res in Eccl. vel Alt. Cum itaq; 26.^{us} Capitularis minime ignorare possint, quibus Groperus operam suam ad sui gloriam, Catholicae religionis exaltationem, Ecclesiarum salutem iam multis annis praestiterit: confidat prospera eidem Groperus 26.^{us} Capitulares eas tandem imituros rationes, ne quae dudum praestita oportuerat, eadem via iuris, et alijs oportunis remedijs prosequi, et consequi cogatur.

Tertio. Eosdem 26.^{us} Capitulares minime latere, quod nullum ex Iuris communis dispositione, sed etiam ex huiusmodi Germanicae nationis, cum S. Sede Apostolica in his factis atq; concordatis inuiolabiliter constitutum atq; sancitum esse, et omnia Beneficia apud Sedem Apostolicam vacantia, per nullum alium praeter solum Romanum Pontificem conferantur. Et si quomodo colore, et ingenio aliud praesumatur, id totum sit irritum atq; inane.

Anno vero 66.^o proximo praeterito accidisse, quod cum Q. Ioaehimus a Reick Xanten dum uiuere Canonice Romae apud S. S. moreretur, quod PIVS V.^{us} Fel. Record. Beneficia per dicti Q. Ioaehimi obitum Romanae vacantia motu proprio, et ut aliquam saltem tot annis praestitorum officiorum rationem haberet, Gropero consulisse.

Groperum vero propter Auditoratus Rofae necessarium
functionem in Roma abire prohibuitum. Et ne
reca Ecclesiam cuius cultus diminutionem ob Canonica
paucitatem pati cogereetur, huiusmodi Canonatum nobis
viro, Arnolde ab Raitzfeldt resignasse, illiusq; literas
Bullasq; Apostolicas desuper expeditisse. Et cum
Capitulum Xanten tam ex Iuris praescripto, quam Concordia-
torum pactis, et conventionibus intra tres proximos menses
a die vacationis nihil attentasse, sed Apostolicum promi-
sum expectare debuisset, infra paucas tamen septimanas
in contemptum Iuris: & concordatorum, iuriumq; pro-
uisi Apostolice irruissimum damnum de facto, cum Iu-
re prohiberentur, temere attentarint, ac quendam intruse-
rint. Quod cum D. Arnoldus Apostolice pro-
uisus cognouisset Bouchholdia, et in vicinioribus locis
per affixionem iura sua autoritate Apostolica ipsi con-
cessa publicauit. Et ne ipse ea de re cum Capitulo
contendere cogereetur, eundem Canonatum Gropero
resignanti retrocessit: prout ex Bullis, & literis Aposto-
licis desuper expeditis suo loco, et tempore oportunit
latius elucescet.

Cum itaq; Capitulares Xanten, sicut et caeteri Ecclie

sias fieri omnino vni omni obedientia Sanctae Sedi, et
positura censurandi religione sint obstricti, teneanturque
Iuris dispositioni, & Concordatorum factis parere, et satisfacere.
Itaque idem Groperus dictos Capitulares amanter monendos
putauerit, quo illius Romae tunc vacantis Canonatus
possessionem illi tradant, ipsiusque indemnitati citra longiore
moram consulant, neque ipsum Groperum grauioribus sumpti-
bibus et expensis (quae in Iuris prosecutione faciendae erunt)
grauare pergant. Quemadmodum praemissa omnia praef-
atus S. Synodus ipsis Lib. meo Capitularibus coram latius
atque copiosius explicabit, ac caetera omnia quae ex Groperus
verbo infellecit atque cognouit, ore ad os loquetur. Signi-
datum Calixtae die 17. mensis Decembris, Anno hu-
mana salutis 1582. 4

ms. Groperus
ma. 1582